





From the Translator

EPISTOLA
CENTUM EPISCOPORUM

In Anglia Congregatorum,

In Palatio Lambethano,

MENSE JULIO, ANNO MDCCCLXXVIII.

GRAECÈ ET LATINÈ REDDITA

JUSSU REVERENDISSIMI

ARCHIEPISCOPI CANTUARIENSIS.

Londini, Oxonii, et Cantabrigiae:

APUD RIVINGTON.

MDCCCLXXVIII.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ

῾ΕΚΑΤΟΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ

᾿Εν ᾿Αγγλίᾳ συνηθροισμένων, ἐν Παλατίῳ Λαμβηθανῷ,

μηνὶ ᾿Ιουλίῳ, ἔτει ͵αωοη´ (1878).

ΜΕΤΑΦΡΑΣΘΕΙΣΑ ΕΠΙΤΡΕΠΟΝΤΟΣ ΣΕΒΑΣΜΙΩΤΑΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΝΤΟΥΑΡΙΑΣ.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ
῾ΕΚΑΤΟΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ

Ἐν Ἀγγλίᾳ συνηθροισμένων, ἐν Παλατίῳ Λαμβηθανῷ,

μηνὶ Ἰουλίῳ, ἔτει ,αωοή (1878).

ΜΕΤΑΦΡΑΣΘΕΙΣΑ ΕΠΙΤΡΕΠΟΝΤΟΣ ΣΕΒΑΣΜΙΩΤΑΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΝΤΟΥΑΡΙΑΣ.


The Rare Book &
UIUC

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ʽΕΚΑΤΟΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ

Ἐν Ἀγγλίᾳ συνηθροισμένων, ἐν Παλατίῳ Λαμβηθανῷ, μηνὶ Ἰουλίῳ, ἔτει ͵αωοή (1878).

Τοῖς πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ χαίρειν ἐν Κυρίῳ.

Ἡμεῖς Ἀρχιεπίσκοποι, Μητροπολῖται, καὶ ἄλλοι ἐπίσκοποι τῆς ἁγίας Καθολικῆς Ἐκκλησίας, συγκοινωνοῦντες ὁλοκλήρως τῇ Ἀγγλικανῇ Ἐκκλησίᾳ, ἑκατὸν ὄντες τὸν ἀριθμὸν, ἅπαντες ἐπισκοπὴν παροικιῶν ἐπιτηδεύοντες, ἢ νομίμως ἐπισκοπικὰ τέλη ἐν αὐταῖς ἐπιτετραμμένοι, συνελθόντες, πολλοὶ ἐξ ἡμῶν ἀπὸ τῶν μακροτάτων τῆς οἰκουμένης κλιμάτων, ἐν τῷ Παλατίῳ Λαμβηθανῷ, ἔτει τῆς τοῦ Κυρίου ἐνσαρκώσεως ͵αωοή (1878), *προεδρεύοντος σεβασμιωτάτου Ἀρχιβάλδου Κάμπβελλ, τῇ θείᾳ προνοίᾳ Ἀρχιεπισκόπου Καντουαρίας, Ἐπισκόπων ὅλης Ἀγγλίας πρωτοθρόνου, μετειληφότες, ἐν τῷ ναῷ τοῦ εἰρημένου παλατίου, τῶν ἁγίων μυστηρίων τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου, καὶ προσευχαῖς ἡνωμένοι ὑπὲρ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος χειραγωγίας, ἐξέτασιν πεποιήκαμεν διαφόρων ζητημάτων ἡμῖν προβεβλημένων, ἀνηκόντων εἰς τὴν τῆς Ἐκκλησίας σχέσιν ἐν διαφόροις τοῦ κόσμου μέρεσιν.*

Περὶ τούτων τῶν ζητημάτων σπουδαίως διὰ πλειόνων ἡμερῶν συμβεβουλευκότες, παρατιθέμεθα τανῦν τοῖς

πιστοῖς τὰ συμπεράσματα ἡμῖν ὑπὲρ αὐτῶν δεδογμένα.[1]

Ἐνθυμούμενοι τὴν ἐπιτηδειοτάτην μέθοδον πρὸς τὴν τήρησιν τῆς ἑνότητος τῶν διαφόρων τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἐκκλησιῶν, πρώτιστα πάντων ἀναγνωρίζομεν, μετ᾽ ἐγκαρδίου εὐχαριστίας τῷ Παντοκράτορι Θεῷ, τὴν οὐσιώδη καὶ ἐναργῆ ἑνότητα, ἐν ᾗ ἡ Ἀγγλικανὴ Ἐκκλησία, καὶ αἱ ἐκκλησίαι μετ᾽ αὐτῆς ὁρατῶς συγκοινωνοῦσαι, διατελοῦσι συνημμέναι. Ἡνωμέναι ὑπὸ μιᾶς θείας Κεφαλῆς, Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς μιᾶς Καθολικῆς Ἐκκλησίας, κατέχουσαι τὴν μίαν πίστιν, ἐν ταῖς ἁγίαις Γραφαῖς ἀποκεκαλυμμένην, ἐν τοῖς Συμβόλοις ὡρισμένην, καὶ ὑπὸ τῆς ἀρχῆθεν Ἐκκλησίας κεκρατημένην, δεχόμεναι τὰς αὐτὰς κανονικὰς Γραφὰς τῆς παλαιᾶς καὶ τῆς καινῆς Διαθήκης, ὡς τὰ πάντα πρὸς σωτηρίαν ἀναγκαῖα περιεχούσας, αὗται αἱ ἡμέτεραι Ἐκκλησίαι τὸν αὐτὸν τοῦ Θεοῦ λόγον κηρύσσουσι, τῶν αὐτῶν θεόθεν διατεταγμένων μυστηρίων μεταλαμβάνουσι διὰ τῆς ὑπηρεσίας τῶν αὐτῶν ἀποστολικῶν βαθμῶν, καὶ προσκυνοῦσι τῷ αὐτῷ Θεῷ καὶ Πατέρι, διὰ τοῦ αὐτοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν τῷ αὐτῷ ἁγίῳ καὶ θείῳ Πνεύματι, πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν ἐπιχορηγουμένῳ, πρὸς τὸ ὁδηγεῖν αὐτοὺς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν.

Ἀμέσως μὲν οὖν μετὰ ταύτης τῆς ἑνότητος, ὑπῆρξεν ἐν ἡμετέραις ἐκκλησίαις ἐκείνη συνηθείας, διατάξεως, καὶ λειτουργίας διαφορὰ, ἥτις ἀναγκαίως ἐκφύεται ἐξ ἀσκήσεως τῆς ἐξουσίας, τῆς ἑκάστῃ μερικῇ ἢ ἐθνικῇ ἐκκλησίᾳ προσηκούσης, τοῦ διατάσσειν, παραχαράσσειν,

[1] Ἐν ταύτῃ τῇ μεταφράσει, τῶν κεφαλαίων ἐκλογὴν πεποιήκαμεν, τῶν μάλιστα τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ προσηκόντων· ἐν δὲ τῷ Ἀγγλικῷ τῆς Ἐπιστολῆς ἀρχετύπῳ αἱ τῶν ἐπιτροπῶν τοῦ συμβουλίου ἐκθέσεις (*Reports of Committees*), ἀπὸ τοῦ Συμβουλίου δοκιμασθεῖσαι, ὁλοτελεῖς εὑρίσκονται.

καὶ ἀκυροῦν θεσμοὺς καὶ τελετὰς ἐκκλησιαστικὰς, ὑπ' ἀνθρωπίνης ἐξουσίας διατεταγμένας, μόνον ὥστε πάντα πρὸς οἰκοδομὴν γίγνεσθαι.

Ἀσμένως μὲν ὁμολογοῦμεν μηδεμίαν εἰσέτι εὑρίσκεσθαι μερίμνης αἰτίαν, διὰ ταύτην τὴν διαφωνίαν. Ὅμως μέντοι ἐπιπόθησίς τις νεωστὶ ἐπιπολὺ αἰσθήσει καὶ λόγῳ πεφανέρωται, ὡς ἐννοητέα καὶ προσαπτέα εἴη ὄργανά τινα, πρὸς τὸ ἐκκόπτειν, εἰ τύχοι, ἀφορμὰς διχοστασίας, καὶ πρὸς τὴν λαμπροτέραν ἀπόδειξιν καὶ αὔξησιν τῆς ἀληθινῆς καὶ οὐσιώδους ὁμονοίας ἐν ἡμετέραις ἐκκλησίαις ὑπαρχούσης.

Τὸ πρῶτον μὲν εἰς νοῦν ἀνερχόμενον ὄργανον τοιαύτης ἑνώσεως εὐλόγως ἂν εἴη ἐκεῖνο, ὅπερ, ἀρχὴν ἔχον ἀπὸ τῶν θεοφόρων ἀποστόλων, συνέζευξεν ἁπάσας τὰς Χριστοῦ ἐκκλησίας ἐν μιᾷ ἀδιαιρέτῳ καὶ ὁρατῇ κοινωνίᾳ. Ἀλλὰ μὲν οὖν ἡ συνάθροισις ἀληθινῶς οἰκουμενικῆς Συνόδου, πρὸς ὁποίαν ἡ Ἀγγλικανὴ Ἐκκλησία πάντοτε ἐπηγγέλλετο ἑτοίμη εἶναι συνέρχεσθαι, ἐν τῇ σημερινῇ τοῦ Χριστιανισμοῦ καταστάσει, δυστυχῶς μὲν, ἄλλα φανερῶς, πέφυκεν ἀμήχανος. Αἱ μὲν ἀπορίαι, αἵτινες παρακολουθήσειαν ἂν τῇ συνελεύσει συνόδου ἐκ πασῶν τῶν ἀγγλικανῶν ἐκκλησιῶν συγκεκροτημένης, καίπερ ἀνόμοιοι καὶ μετριώτεραι τῶν εἰρημένων, ὅμως μέντοι εἰσὶ βαρύτεραι ἢ συγχωρῆσαι ταύτης τῆς μεθόδου, ἐν τῷ νῦν χρόνῳ, συναίνεσιν. Ἀλλ' ἡ πεῖρα, δὶς γεγονυῖα, συμβουλίου ἐπισκόπων, ἀπὸ τοῦ Καντουαρίας Ἀρχιεπισκόπου συγκεκλημένων, καὶ ὑπ' αὐτοῦ προεδρεύοντος συνηθροισμένων, ἐλπίδα ἡμῖν παρέχει αὐτομάτου λύσεως προβλήματος μέχρι τοῦ νῦν ἀλύτου, δηλονότι συναθροίσεως καὶ συμβουλεύσεως τοποτηρητῶν ἐκκλησιῶν τῇ τε θέσει καὶ τῇ διοικήσει διαφερουσῶν.

Ἐγγύτατα μετὰ τὴν ἑνότητα ἐν τῇ πίστει, τῇ τοῖς ἁγίοις ἅπαξ παραδοθείσῃ, πεπεισμένοι ἐσμὲν τὴν θρησκείας κοινωνίαν ἰσχυρότατον εἶναι σύνδεσμον

πρὸς τὴν σύναψιν τῶν χριστιανικῶν ἑταιριῶν· καὶ καλῶς μεμνημένοι ὅτι τὸ ἡμέτερον τῶν δημοσίων προσευχῶν βιβλίον, μετά τινων οἵων δήποτε ἀλλοιώσεων ἐν πάσαις ἡμετέραις ἐκκλησίαις κατεχόμενον, ἐξαίρετόν τι ἑνότητος γέγονε φυλακτήριον, νουθετεῖν ἀξιοῦμεν τοὺς ἡμεδαποὺς, ὅτι αὕτη ἡ θρησκείας κοινωνία κινδυνεύοι ἂν λυμαίνεσθαι δι' ὑπερβολικῶν ἱερουργίας παραλλάξεων. Ἡ ἐσωτερικὴ μὲν τῶν ἐκκλησιῶν ἑνότης ταύτῃ τῇ θρησκείας κοινωνίᾳ, καθὼς πεποίθαμεν, ὑπηρετήσει· ἀλλ' ὅμως, (καίπερ ἐννοοῦντες ὅτι τοία τις ἀμφιλαφὴς λειτουργικῶν τελετῶν ἐλευθερία αἱρετή ἐστιν, οἵα πάσαις ταῖς νομίμαις θρησκευτικῶν αἰσθημάτων ἀποδείξεσιν εὐρυχωρίαν ἂν χαρίσαιτο,) τὴν ἀποστολικὴν παραγγελίαν ἐπικαλούμεθα, "πάντα πρὸς οἰκοδομὴν γιγνέσθω," καὶ τὸν καθολικὸν κανόνα ἐπιμαρτυρόμεθα, τὸν διορίζοντα εὐταξίαν καὶ πειθαρχίαν, καίπερ μετ' αὐταπαρνήσεως ἰδίων προσκλίσεων καὶ αἰσθήσεων ἀποδιδομένας, ὡς χριστιανικῆς ἑνότητος θεμέλια, καὶ ὡς ἀναγκαίας πρὸς αὐτῆς τῆς πίστεως νικηφόρον ὑπεράσπισιν. Τοιγαροῦν οὐ παυσόμεθα τοιαῦτα νουθετοῦντες πρὶν ἐκφωνῆσαι ἐκτενῶς τὴν ἐλπίδα, ὅτι πάντα τῶν ἡμετέρων ἐκκλησιῶν τέκνα, ὁποίαις τισὶν οὖν θεωρίαις διαφέροντα, μέλλουσιν ὁμολογεῖν τὸ καθῆκον τοῦ ὑποτάσσεσθαι, διὰ τὴν συνείδησιν, ἐν θεσμοῖς καὶ τελεταῖς θρησκευτικαῖς, ταῖς ἐξουσιαστικαῖς κρίσεσιν τῆς μερικῆς ἢ ἐθνικῆς ἐκκλησίας, ὑφ' ἧς θείᾳ προνοίᾳ τυγχάνωσι κατῳκισμένα· καὶ ὅτι ἀφέξονται παντὸς πράγματος εἰς ἀλλοτρίωσιν ἢ ἐρεθισμὸν τείνοντος, καὶ οσήμερον θερμῶς προσεύξονται, ἵνα τὸ ἅγιον Πνεῦμα πάντα τῆς ἐκκλησίας μέλη ὁδηγῇ εἰς τὸ λογίζεσθαι καὶ ἐργάζεσθαι πάντοτε ἃ δεῖ, καὶ ἡμᾶς πάντας συνάπτῃ τῇ φιλαδελφικῇ ἐκείνῃ ἀγάπῃ, ἥτις ἐστὶν αὐτὸς εἰρήνης καὶ πασῶν ἀρετῶν σύνδεσμος.

* * * *

Εὐχαριστοῦμεν τῷ Παντοκράτορι Θεῷ, ὅτι σεμνοπρεπής τις διαμαρτυρία ἐξήχηται ἀπὸ πάνυ πολλῶν ἐκκλησιῶν, καὶ ἀπὸ κοινοτήτων χριστιανῶν καθ' ὅλον τὸν κόσμον, κατὰ τῶν τῆς Ῥωμαίας καθέδρας πλεονεκτημάτων, καὶ κατὰ τῶν νεωτερικῶν δογμάτων, ὑπ' ἐξουσίας αὐτῆς διωρισμένων.

Ἡ Ἀγγλικανὴ Ἐκκλησία ὀφείλει πᾶσαν συμπάθειαν ἐκκλησίαις κοινῇ, καὶ χριστιανοῖς ἰδίᾳ, διαμαρτυρομένοις κατὰ τούτων πλανημάτων, καὶ στενοχωρουμένοις, εἰ τύχοι, ὑπ' ἀποριῶν ἐξάλλων, διὰ τῶν τῆς ἀπιστίας προσβολῶν, ἅμα καὶ διὰ τῶν τῆς Ῥώμης ἐπιχειρημάτων.

Ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν ἕνα μόνον Μεσίτην θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, Ἄνθρωπον Ἰησοῦν Χριστὸν, ὅς ἐστιν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀπωθούμεθα, ὡς ἐναντίον ταῖς Γραφαῖς καὶ τῇ καθολικῇ ἀληθείᾳ, πᾶν ὁτιοῦν δόγμα, ὅπερ καθιστάναι ἄλλους μεσίτας ἀντ' Ἐκείνου τολμήσειεν ἂν, ἢ ἀφαιρεῖν ὁτιοῦν ἀπὸ τῆς θείας μεγαλειότητος τοῦ πληρώματος τῆς θεότητος ἐν Αὐτῷ κατοικοῦντος, καὶ τιμὴν ἄπειρον παρέχοντος τῇ ἀμώμῳ ἐκείνῃ θυσίᾳ, τῇ ἅπαξ ὑπ' Αὐτοῦ ὑπὲρ τοῦ ὅλου τοῦ κόσμου ἁμαρτιῶν ἐπὶ σταυροῦ προσενεχθείσης.

Χρεωστοῦμεν οὖν νουθετεῖν τοὺς πιστοὺς, τὸ ἔργον ὁ κατείργασται ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος ἔτει 1870 *ἐν τῇ Βατικανῇ συνόδῳ, δι' οὗ ὑπεροχῆς ἀντεποιήσατο ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων, τήν τε πίστιν καὶ τὰ ἤθη, ἐπὶ προσχήματι ἀπλανησίας ἑαυτῷ ἐφαρπασθείσης, ἐπέμβασιν γεγονέναι τῶν ἀξιωμάτων τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ προσηκόντων.*

Γνώριμοι πᾶσίν εἰσιν οἱ κανόνες, καθ' οὓς ἡ Ἀγγλικανὴ Ἐκκλησία ἑαυτὴν μετερρύθμισεν. Ἀνακηρύττομεν τὴν αὐτάρκειαν καὶ τὴν ὑπεροχὴν τῶν ἱερῶν Γραφῶν, ὡς ὁριστικὴν πίστεως στάθμην, καὶ τῷ ἡμετέρῳ λαῷ παραγγέλλομεν σπουδαίαν αὐτῶν

μελέτην· τὴν πίστιν ἡμῶν ταῖς τῶν ἀρχαίων Συμβόλων φωναῖς ὁμολογοῦμεν· τὸ ἀποστολικὸν τάγμα Ἐπισκόπων, Πρεσβυτέρων καὶ Διακόνων κατέχομεν· τὴν ἔννομον ἐλευθερίαν μερικῶν ἢ ἐθνικῶν ἐκκλησιῶν διαβεβαιούμεθα· τῷ λαῷ ἡμῶν ἐγχειρίζομεν, ἐν τῇ ἐγχωρίῳ αὐτοῦ διαλέκτῳ, βιβλίον προσευχῶν δημοσίων καὶ τελετῶν, καὶ τῶν μυστηρίων ἱερουργίας, κατὰ τὰ ἄριστα καὶ παλαιότατα χριστιανικῆς πίστεως καὶ λατρείας ἀρχέτυπα.

Ταῦτα τὰ ἡμῶν μαρτυρήματα ἐνώπιον τῆς οἰκουμένης ἀναπτύσσεται, γιγνωσκόμενα καὶ ἀναγιγνωσκόμενα ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων.

Ἀσμένως οὖν ἀσπαζόμεθα πᾶσαν πεῖραν μεταρρυθμίσεως κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς ἀρχαίας ἐκκλησίας· στερεὰν ταὐτότητα οὐκ ἀπαιτοῦμεν· ἀνωφελεῖς διχοστασίας παραιτούμεθα· πᾶσιν τοῖς πρὸς ἡμᾶς ἐφελκομένοις ἐν τῷ ἐπιχειρεῖν ἑαυτοὺς ἐλευθερῶσαι ἀπὸ ζυγοῦ πλάνης καὶ δεισιδαιμονίας πᾶσαν βοήθειαν προθύμως προτείνομεν, καὶ οἷα ἑαυτοῖς προνόμια εἴη ἀρεστὰ, καὶ ἡμετέροις κανόσιν, τοῖς ἐν ἡμετέραις διατυπώσεσιν ὡρισμένοις, σύμφωνα, ἐθελόντως προκομίζομεν.

* * * *

Περὶ τῶν ζητημάτων ἡμῖν παρατεθέντων ὑπὲρ τῶν τοῦ Γάμου νόμων ἐμφανίζομεν, ὅτι τὰς ἀπορίας ἐπιγιγνώσκοντες, ἐν αἷς ἔνιαι ἐκκλησίαι ἐμπλέκονται, διὰ τῶν θεσμῶν τῆς τοπικῆς νομοθεσίας, νομίζομεν ὅτι δεῖ πᾶσαν ἐκκλησίαν, κατὰ τὴν ἑαυτῆς γνώμην, τὴν τοῦ Γάμου ἁγιωσύνην διαφυλάττειν, κατὰ τὰ ἐν τῷ ῥήματι τοῦ Θεοῦ ὁρισθέντα, καὶ καθὰ ἡ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία μέχρι τοῦ νῦν ταῦτα δέδεκται.

Αναθεωροῦντες τοὺς λυγροὺς διαλογισμοὺς, περὶ τελετῶν ἐκκλησιαστικῶν, δι' ὧν ἔνια τῶν ἡμετέρων πλήθη χαλεπῶς τεθορύβηνται, διαβεβαιούμεθα τὸν

κανόνα, ὁρίζοντα μηδὲν δεῖν νεωτερίζειν, ἐν τῇ εἰθισμένῃ θρησκείας διατάξει, κατὰ τῆς τοῦ ἐπισκόπου νουθεσίας.

Λοιπὸν ἐνθυμούμενοι καινοτομίας τινὰς, τῇ τε πράξει καὶ τῇ διδαχῇ, περὶ τῆς ἐξομολογήσεως, διϊσχυριζόμεθα, τὰς τῆς Ἀγγλικανῆς κοινωνίας Ἐκκλησίας κρατεῖν βεβαίως τοὺς κανόνας περὶ τῆς ἐξομολογήσεως ἐν ταῖς ἁγίαις Γραφαῖς ἀποδεδειγμένους, καὶ ὑπὸ τῆς ἀρχαίας Ἐκκλησίας συνωμολογημένους, καὶ ἐν τῇ Ἀγγλικῇ Μεταρρυθμίσει ἀνακεκαινωμένους· καὶ ἐσκεμμένως ἐγνώκαμεν, μηδενὶ τῆς ἐκκλησίας ὑπηρέτῃ ἐξεῖναι ἀπαιτεῖν ἐκ τῶν πρὸς αὐτὸν φοιτώντων, διὰ τὴν τῆς αὐτῶν λύπης ἀνάπτυξιν, ἁπασῶν τῶν ἁμαρτιῶν κατὰ μέρος ἑκάστων ἐξαρίθμησιν, ἢ ἰδίαν ἐξομολόγησιν ἐκβασανίζειν, πρὸ τῆς ἁγίας εὐχαριστίας μεταλήψεως, ἢ ἐπιτάσσειν ἢ καὶ παραινεῖν τὴν τῆς συνήθους τῷ ἱερεῖ ἐξομολογήσεως ἐπιτήδευσιν, ἢ διδάσκειν ὅτι τοία ἐπιτήδευσις, ἢ τὸ ὑποτάσσεσθαι τῇ οὑτωσὶ καλουμένῃ ἱερέως χειραγωγίᾳ, ἀναγκαῖά ἐστι προπαιδεύματα πρὸς τὴν τῆς ἀνωτάτης πνευματικῆς ζωῆς ἐπίβασιν. Ὅμως μέντοι οὐδαμῶς ἐννοοῦμεν ἐπιτέμνειν τὴν ἐν τῇ βίβλῳ τῶν δημοσίων προσευχῶν, πρὸς τὸν βεβαρημένων συνειδήσεων ἐπικουφισμὸν, ἐπιχορηγίαν προνενοημένην.

Ταῦτά ἐστι τὰ συμπεράσματα εἰς ἃ κατηντήκαμεν, περὶ τῶν ἡμῖν προβεβλημένων ζητημάτων· ἐν οἷς τὰ πάντων τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας τέκνων ἁπτόμενα ταῖς συνόδοις ἐκκλησιῶν, καὶ ταῖς ἐξουσίαις καθ' ἑκάστην κυβερνητικαῖς, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ φιλοφρόνως σαφηνίζομεν.

Οὐκ ἀντιποιούμεθα τοῦ κατακυριεύειν ἐν κλήροις, ἀλλὰ ταῦτα τῷ ἡμετέρῳ συμβουλίῳ ἀρέσαντα συνίσταμεν τῷ λογισμῷ καὶ τῇ συνειδήσει τῶν ἀδελφῶν, ὡς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πεφωτισμένων, ἐκτενῶς Θεῷ προσευχόμενοι, ἵνα πάντες οἱ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου

ἐπικαλούμενοι, μιᾷ γνώμῃ καὶ μιᾷ κοινωνίᾳ ἡνωμένοι, τὴν πίστιν τὴν ἅπαξ τοῖς ἁγίοις παραδοθεῖσαν βεβαίως κρατῶσιν, καὶ τῷ ἑνὶ αὐτῶν Κυρίῳ ἐν ἑνὶ ἀφθαρσίας καὶ ἀγάπης πνεύματι λατρεύωσιν. Ἀμήν.

Ὑπέγραψα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ συμβουλίου,

ΑΡΧΙΒΑΛΔΟΣ ΚΑΜΠΒΕΛΛ,

Ὁ Καντουαρίας Ἀρχιεπίσκοπος.

EPISTOLA
CENTUM EPISCOPORUM

IN ANGLIA CONGREGATORUM, IN PALATIO LAMBETHANO,

MENSE JULIO, ANNO SALUTIS MDCCCLXXVIII.

EPISTOLA CENTUM EPISCOPORUM

IN ANGLIA CONGREGATORUM, IN PALATIO LAMBETHANO, MENSE JULIO, ANNO SALUTIS MDCCCLXXVIII.

Fidelibus in Christo salutem in Domino.

Nos Archiepiscopi, Metropolitani, aliique Episcopi Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, centum numero, cum Ecclesiâ Anglicanâ plenariè communicantes, universi super Diœceses jurisdictionem Episcopalem exercitantes, vel ad Episcopalia munia in eis obeunda legitimè delegati, multi nostrûm ex remotissimis orbis terrarum regionibus, congregati in Palatio Lambethano, anno salutis MDCCCLXXVIII. præsidente Reverendissimo Præsule Archibaldo Campbell, Divinâ Providentiâ Archiepiscopo Cantuariensi, totius Angliæ Primate, participes facti, in dicti Palatii sacello, Sacrosanctorum Mysteriorum Corporis et Sanguinis Domini Nostri Jesu Christi, et orationibus adunati ad Spiritûs Sancti directionem impetrandam, de variis præfinitis quæstionibus consilium inivimus cœtui nostro propositis, ad statum Ecclesiæ pertinentibus per diversas mundi partes diffusæ.

His quæstionibus seriò deliberandis complures dies impendimus, jamque determinationes earum a nobis approbatas fidelibus in Christo commendamus.[1]

[1] In hâc Latinâ interpretatione eorum capitulorum præcipuè delectum fecimus quæ ad Ecclesiam Universalem attinere quodammodo videbantur. In Anglico autem archetypo Relationes Delegationum (*Reports of Committees*), a Cœtu comprobatæ, plenariæ reperiuntur.

Quæ sit optima ratio pensitantes unitatis conservandæ inter varias nostræ Communionis Ecclesias, primùm omnium Deo Omnipotenti gratias agentes quàm maximas, manifestam unitatem agnoscimus, quâ Ecclesia Anglicana, et Ecclesiæ cum illâ visibiliter communicantes, jugiter connexæ permanserunt.

Conjunctæ invicem sub Uno Divino Capite, Jesu Christo, in unius Catholicæ et Apostolicæ Ecclesiæ societate, firmiter tenentes unam Fidem, in Verbo Dei revelatam, Symbolis definitam, et a Primitivâ Ecclesiâ constanter conservatam, easdem Canonicas Scripturas Veteris et Novi Testamenti recipientes, utpote omnia continentes ad salutem sempiternam necessariâ, hæ nostræ Ecclesiæ eundem Dei Sermonem prædicant, eorundem Sacramentorum, divinitus institutorum, per eorundem ordinum Apostolicorum ministerium dispensatorum, participes sunt, et Eundem Deum et Patrem venerantur, per Eundem Dominum Jesum Christum, in Eodem Spiritu Sancto super omnibus fidelibus effuso ad ducendos eos in omnem veritatem.

Verùm enimverò cum hâc unitate consociata nunquam non extitit ea consuetudinum, disciplinæ et rituum varietas, quæ ab illâ prærogativâ enasci solet, quam quævis Ecclesia particularis, sive nationalis, jure sibi vindicat; scilicet constituendi, immutandi, atque abrogandi cærimonias vel ritus Ecclesiasticos, humanâ tantum auctoritate ordinatos, modò omnia ad ædificationem fiant.

Libenter quidem profitemur, nullam reverà etiamnum sollicitudinis causam in hâc diversitate reperiri. Constat autem, votum aliquorum animis nuper conceptum vocibus quoque passim significatum fuisse,

hoc præsertim intuitu, ut rationes quædam actu efficaces a nobis adhibeantur, ad occasiones discordiæ præcidendas, et ad illam genuinam et essentialem unitatem, quæ nostras Ecclesias indies supercrescentes complectitur, manifestandam amplius atque fovendam.

Primùm quidem hujus concordiæ tuendæ illa in mentem venit ratio, quæ inde ab Apostolis ipsis divinitùs inspiratis originem ducens, Ecclesiis omnibus in eâdem individuâ et visibili unitate continendis diu inserviit. Hodierna autem rei Christianæ ea est conditio, infausta quidem sed manifesta, ut Concilium verè Œcumenicum, ad quod Ecclesia Anglicana se paratam esse convenire semper professa est, convocari non possit. Difficultates quidem quæ impedimento sunt quominus Synodus ex omnibus Anglicanis Ecclesiis conflata congregetur, re diversæ et minus graves, nimiæ tamen nobis videntur, quàm ut illa ratio unitatis conservandæ a nobis commendetur.

Aliud autem experimentum, secundâ jam vice factum, congregatio scilicet Episcoporum ab Archiepiscopo Cantuariensi convocatorum, et Eo præsidente deliberantium, spem saltem suppeditat, quæstionem, quæ hactenus insolubilis videbatur, rerum vicissitudine divinitus ordinatâ sponte solutum iri, ita ut Procuratores Ecclesiarum, situ et administratione diversarum, consultandi invicem causâ, in unum cœtum coalescant.

Persuasum est nobis, ad unitatem in fide semel sanctis traditâ proximè accedere divini cultûs communionem, eamque societates Christianas firmissmo nexu copulare : et probè recordantes Librum Precum Communium, ab omnibus nostris Ecclesiis, aliquatenus variatum, retineri, et eximium unitatis vin-

culum extitisse, fratres nostros admonendos censemus, divini cultûs communionem immoderatis rituum diversitatibus in discrimen posse adduci. Intrinsecam Ecclesiarum variarum unitatem custodiendæ earum concordiæ adjumentum allaturam esse validissimum confidimus. Et dum liberè profitemur, amplam quandam rituum Ecclesiasticorum flexibilitatem esse exoptandam, quippe quæ latum quasi campum patefaciat legitimis piorum affectuum significationibus, nihilominus ad Apostolicum præceptum provocamus, "Omnia ad ædificationem fiant," et ad illam Ecclesiæ Catholicæ legem principalem, rectum ordinem commendantis atque obedientiam, etsi cum privatorum sensuum et propensionum abnegatione conjungantur, tanquam subsidia Christianæ Unitatis fundamentalia, imò etiam ad fidem ipsam efficaciter conservandam necessaria.

Nolumus huic argumento finem imponere, quin spem nostram seriò testificemur, omnes Ecclesiæ fideles agnituros fore, utcunque studiis in varia inclinantes, universos oportere subjici, conscientiæ ergo, in rebus ad ritus et cærimonias attinentibus, judiciis illis auctoritatem obtinentibus, quæ ab illâ Ecclesiâ particulari vel nationali promulgata sint, sub cujus tutelâ, Dei providentiâ, sint constituti; et sibi sedulò temperaturos ab omni qualicunque alienationis vel exacerbationis occasione; et quotidie Deum enixè obsecraturos, ut omnia Ecclesiæ membra a Spiritu Sancto dirigantur ad quæcunque recta sint excogitanda atque exequenda; et ut nos universi in illâ fraternâ dilectione, quæ pacis est ipsissimum vinculum et omnium virtutum, adunare dignetur.

* * * *

Gratias agimus Deo Omnipotenti maximas, eò quod

protestationes solennes a tot Ecclesiis et societatibus Christianis per orbem terrarum profectæ sint contra sedis Romanæ usurpationes, et contra novicia dogmata ejus auctoritate promulgata.

Affectuum benevolorum significatio debetur ab Ecclesiâ Anglicanâ universis, sive Ecclesiis, sive singulis, contra hos errores protestantibus, quippe qui difficultatibus forsitan laborent specialibus, quum propter Incredulitatis incursiones, tum vero propter Romanæ sedis arrogantiam.

Nos confitemur Unum tantum "Mediatorem Dei et hominum, Hominem Jesum Christum," "Qui est super omnia Deus in sæcula." Nos repudiamus, utpote Scripturis Sacris et Catholicæ veritati adversantem, qualemcunque doctrinam alios mediatores Ejus vice constituentem, vel aliquatenus detrahentem ab Illius Divinâ Majestate, et a plenitudine Deitatis in Illo inhabitantis, quæ immaculato illo Sacrificio, semel ab Eo in Cruce propter omnium hominum peccata oblato, infinitum pretium impertita est.

Commonendi igitur sunt a nobis fideles, facinus illud a Romano Episcopo patratum, in Concilio Vaticano, anno MDCCCLXX., quo sibi supereminentiam super omnes homines in rebus fidei et morum vindicavit, arrogatæ sibi Infallibilitatis prætextu, attributorum Ipsius Domini Nostri Jesu Christi manifestam fuisse invasionem.

Innotuerunt omnibus regulæ illæ fundamentales, juxta quas Ecclesia Anglicana seipsam reformavit. Nos Sanctas Scripturas sufficientem et supremam fidei regulam esse declaramus, et omnibus nostris diligenter scrutandas proponimus. Nos fidem nostram ipsis Symbolorum antiquorum vocibus profitemur. Nos Apostolicum ordinem Episcoporum, Presbyte-

rorum et Diaconorum retinemus. Ecclesiarum particularium sive nationalium libertates legitimas asserimus. Nos Librum Communium Precationum, necnon Administrationis Sacramentorum, populis nostris in manus damus, vernaculo eorum sermone compositum, et juxta optima et antiquissima fidei et divini cultûs exemplaria adornatum. Orbi universo patefacta sunt hæc nostra documenta; sciuntur et leguntur ab omnibus.

Libenter igitur amplectimur universos sese reformandi studiosos ad amussim Ecclesiæ primitivæ. Rigidam Uniformitatem non flagitamus; supervacaneas dissensiones deprecamur. Omnibus ad nos allectis, dum jugum erroris et superstitionis excutere moliuntur, commodare operam nostram parati sumus, et talia eis subministrare privilegia, qualia ipsis possint esse gratiosa, et nostris ipsorum institutis et formulis Ecclesiasticis consentanea.

* * * *

Sed hæc hâctenus. Quod ad quæstiones attinet nobis propositas quæ leges Matrimonii tangunt, dum ex animo agnoscimus angustias, ad quas nonnullæ nostræ Ecclesiæ a popularium suorum legum lationibus redactæ sunt, censemus quoque officium esse uniuscujusque Ecclesiæ operam dare, ut sanctitati Matrimonii custodiendæ consulatur, secundum mandata in Dei Verbo præscripta, et quemadmodum ab Ecclesiâ Christi hâctenus sunt recepta.

Rixas quasdam luctuosas de rituum Ecclesiasticorum quæstionibus, considerantes, quibus nonnullæ nostræ congregationes graviter perturbatæ sunt, nos affirmamus, nihil in diu usitatâ cærimoniarum consuetudine, contra Episcopi admonitionem, debere innovari.

Denique, nonnullas novitates, quum in agendo tum in docendo, quod ad Confessionem attinet, contemplantes, nos declaramus Anglicanæ Communionis Ecclesias firmiter eas leges tenere, quæ in hanc rem in Sacris Scripturis sunt promulgatæ, primitivæ Ecclesiæ professione sancitæ, et ab Anglicanâ Reformatione instauratæ. Et nos consultò censemus, nulli Ecclesiæ Ministro licere, ab iis, qui ad eum se recipiunt, doloris aperiendi gratiâ, omnium sigillatim peccatorum minutam enumerationem exquirere; vel privatam confessionem iis imperare, ante Sacrosanctæ Eucharistiæ participationem; vel præscribere, vel etiam commendare, confessionis consuetudinariæ coram sacerdote exercitationem; vel docere talem exercitationem, vel sacerdoti subjectionem, directionis, ut aiunt, causâ, conditiones esse necessarias, ad sublimissimam vitam spiritualem attingendam. Nihilominus non in animo habemus quoquam modo terminos imponere subsidiis, quæ in Libro nostro Precum Publicarum, ad conscientiarum sollicitarum sublevationem, providè subministrantur.

Hæ sunt determinationes quæstionum nobis propositarum, quatenus Ecclesiæ Universalis vel Ecclesiarum nostrarum conditionem attingere videbantur.

Ad hæc inspicienda varias Ecclesiarum Synodos, aliosque in eis Ecclesiis auctoritatem exercitantes, et universos denique Christi fideles, per orbem terrarum invitamus. Dominationem in cleris non affectamus; sed has determinationes, a cœtu nostro approbatas, rationi et conscientiæ fratrum nostrorum, utpote a Spiritu Sancto illuminatorum, commendamus, enixè Deum apprecantes, ut omnes ubique gentium Domini Nostri Jesu Christi Nomen invocantes, unâ mente

consocientur, in unâ Communione conjungantur, unam fidem semel sanctis traditam firmiter complectantur, et unum Suum Dominum in uno puritatis et dilectionis spiritu venerentur. Amen.

Subscripsi, in nomine Cœtûs Lambethani,

ARCHIBALDUS CAMPBELL,

Archiepiscopus Cantuariensis.

Archiepiscopi, Metropolitani, aliique Episcopi, qui Cœtui Lambethano adfuerunt.

The Archbishop of Canterbury.
The Archbishop of York.
The Archbishop of Armagh.
The Archbishop of Dublin.

The Bishop of London.
The Bishop of Winchester.
The Bishop of Llandaff.
The Bishop of Ripon.
The Bishop of Norwich.
The Bishop of Bangor.
The Bishop of Gloucester and Bristol.
The Bishop of Chester.
The Bishop of St. Albans.
The Bishop of Hereford.
The Bishop of Peterborough.
The Bishop of Lincoln.
The Bishop of Salisbury.
The Bishop of Carlisle.
The Bishop of Exeter.
The Bishop of Bath and Wells.
The Bishop of Oxford.
The Bishop of Manchester.
The Bishop of Chichester.
The Bishop of St. Asaph.
The Bishop of Ely.
The Bishop of St. David's.
The Bishop of Truro.
The Bishop of Rochester.
The Bishop of Lichfield.
The Bishop of Sodor and Man.

The Bishop of Meath.
The Bishop of Down.
The Bishop of Killaloe.
The Bishop of Limerick.
The Bishop of Derry.
The Bishop of Cashel.
The Bishop of Ossory.

The Bishop of Moray. Primus
The Bishop of St. Andrew's.
The Bishop of Edinburgh.
The Bishop of Aberdeen.
The Bishop of Glasgow.
The Bishop of Brechin.
The Bishop of Argyll.

The Bishop of Delaware.
The Bishop of New York.
The Bishop of Ohio.
The Bishop of Pennsylvania.
The Bishop of Western New York.
The Bishop of Nebraska.
The Bishop of Pittsburgh.

The Bishop of Louisiana.
The Bishop of Missouri.
The Bishop of Long Island.
The Bishop of Albany.
The Bishop of Central Pennsylvania.
The Assistant Bishop of North Carolina.
The Bishop of New Jersey.
The Bishop of Wisconsin.
The Bishop of Iowa.
The Bishop of Colorado.

The Bishop of Haiti.
The Bishop of Shanghai.

The Bishop of Montreal. Metropolitan.
The Bishop of Fredericton.
The Bishop of Nova Scotia.
The Bishop of Ontario.
The Bishop of Huron.
The Bishop of Toronto.
The Bishop of Niagara.

The Bishop of Madras.
The Bishop of Colombo.
The Bishop of Bombay.

The Bishop of Guiana.
The Bishop of Kingston.
The Bishop of Antigua.
The Bishop of Barbados.
The Bishop of Nassau.

The Bishop of Sydney. Metropolitan.
The Bishop of Adelaide.
The Bishop of North Queensland.

The Bishop of Christchurch. Metropolitan.
The Bishop of Dunedin.

The Bishop of Gibraltar.

The Bishop of Capetown. Metropolitan.
The Bishop of St. Helena.
The Bishop of Maritzburgh.
The Bishop of Bloemfontein.
The Bishop of Pretoria.

The Bishop of Rupertsland. Metropolitan.
The Bishop of British Columbia.
The Bishop of Saskatchewan.

The Bishop of the Falkland Islands.

The Bishop Suffragan of Dover.
The Bishop Suffragan of Guildford.
The Bishop Suffragan of Nottingham.
Bishop Perry.
Bishop McDougall.
Bishop Ryan.
Bishop Claughton.

OFFICERS OF THE CONFERENCE.

The Bishop of Gloucester and Bristol, Secretary of the Conference.
The Bishop of Edinburgh, Secretary of Committees.
Isambard Brunel, D.C.L., Chancellor of the Diocese of Ely, Assistant Secretary.

GILBERT ET RIVINGTON EXCUDEBANT, LONDINI, 1878.

